

mò pono, columna 3. ff. de rebus dubiis, & columna 2. affirmat, quòd ita tenent communiter Ordinarii.

44 Præterea respondetur, clausulam prædictam, in uno de los hijos, o hijas, que del quedaren qual el quisere, ex præsumpta mente testatoris sic declarandam, ut scilicet testator ipse hoc in effectu voluerit, ut si dictus Petrus Ruiz de Alarcon pater ejus, plures filios masculos haberet, quamvis de jure, majori natu deberetur Majoratus; ut certum est, & in l. 2. titulo 15. partita 2. & numeris præcedentibus probatum; tamen ex dictis verbis, Que le boga en uno de sus hijos qual el quisere, ut in l. heredades mei, ff. ad Trebell. ibi: Filii mei, vel uni eorum, possit inter filios, quem voluerit eligere, & Majoratum in persona filii minoris instituire, prætermisso, & excluso filio majori: similiter, si dictus pater non haberit filios, sed filias, possit inter ipsas ad eisdem Majoratus successione quam voluerit, ac etiam filiam minorem eligere, quamvis filie natu majori deberetur de jure: & sic singula singulis referendo, unamquamque partem alternativam in suas singularitates resolvendo; juxta text. in l. falsa demonstratio, §. finali, ff. de condit. & demonstrat. & ea, quæ latius tradiderunt Tiraquellus in l. si unquam, in verbo, susceperit liberos, num. 541. & seqq. C. te revocandis donationibus. Franciscus Beccius in consilio 39. ex num. 2. cum seqq. & num. 11. Corneus in consilio 159. columna 2. cum seqq. lib. 2. Joannes Gutierrez conf. 4. ex n. 6. & in substitutionibus declarandis, hanc regulam tradit Aimon. in conf. 98. n. 12. & in terminis propriis (ut alia prætermittam, quæ adducere possem) probat text. in dict. l. heredades mei, §. finali, ff. ad Trebell. ubi in alternativa dispositione electio fit ex personis contentis in altera parte alternativæ, servato ordine nominationis, & dispositionis, & concludit Jureconsultus, ibi: Deficiente vero gradu nepotum, ex cognatis, quam velit personam eligi posse. Et sic multum operatur electio data in dicta clausula patri prædicto; ita tamen ut semper videatur concessa inter personas uniuscujusque gradus, ut scilicet inter filios masculos quæ voluerit, & inter filias feminas etiam quam voluerit eligere possit: non verò, quòd à gradu filiorum, & excluso eo, transire possit ad gradum filiarum, contra text. in dict. l. heredades mei, §. finali, ibi: Ex ceteris autem cognatis, si nepotes superessent, non recte mulierem electuram propter gradus fideicommissi præscriptos. Ecce textum valde singulare, & notandum, ubi in concessione alternativæ permissum non est, ut relicto gradu nepotum, ex cognatorum gradu eligi possit; deficiente tamen gradu nepotum, tunc ex gradu cognatorum, quam velit personam eligi posse, quoniam electio fieri debet servando in utroque gradu suum tempus separatim, ut dicit Celsus in l. ex facto, §. item quæro, ff. de vulg. & pupillar. substitut. Denique, & ultimo respondetur, nihil obstat, quòd ultra alternativam illam, En uno de sus hijos, o hijas, additum fuerit verbum illud, Qual el quisere. Quia ad hoc respondetur, quòd verbum prædictum non alterat naturam dispositionis, nec etiam regulas juris, aut doctrinas superius relatas; nam in dict. l. heredades mei, §. finali, cum alternativa illa dispositione: Peto à te, uxor charissima, uti cum morieris, hereditatem meam restituas filiis meis, vel uni eorum, vel nepotibus meis; additum etiam fuit verbum, Cui volueris: & nihilominus respondet Jureconsultus Papinianus, non alterari ordinem succedendi, sed primò nominatos eligendos; & consequenter secundam partem alternativæ subsidiariam esse, & in defectum personarum primi gradus. Deinde & in l. Titio, ff. de legatis secundo dictum fuit: Unum heres velit; & nihilominus legatum remansit alternativum, sicut antea erat: quia expressio eorum, quæ insunt ex natura dispositionis, si exprimentur per eundem modum, quo insunt, nihil operatur, l. 3. ff. de legatis primo, l. non recte, C. de fideiussoribus, cum vulgatis; & sic, nec in casu præsentis aliquid operari debet verbum prædictum.

55 Non obstat enim aliud fundamentum, quòd defu-

mitur ex autoritate Molinae de Hispanorū primogeniis, libro 2. cap. 5. num. 4. ubi dicit, quòd is, cui libera electio à Majoratus institutore relicta est, ut inter filios & filias, quem velit ad Majoratus successione eligat, possit filiam minorem, exclusis masculis natu majoribus eligere, ex text. ut ipse putat, ad hoc notabili, in l. unum ex familia, §. si de falcidia, ff. de leg. 2. ibi Eodem, vel dispari gradu, quem etiam in id expendit, & Molinae sententiam probat novissimè Hieronymus de Cævallos practicarum communiarum, questione 265. num. 4. & 5. Quia respondetur, in primis, præfatam opinionem Molinae non esse omnino certam, imò contradictionem habere ex Authoribus relatis supra, n. 35. qui expressim probarunt contrarium, & non modicam dubitandi rationem ex his omnibus, quæ numeris præcedentibus adnotavimus.

Deinde respondetur, quòd verbum liberæ facultatis aut liberæ electionis, in quo fundatur Molina, nihil in proposito facere debet, nec etiam alterare naturam dispositionis, nec juris regulas, ut supra probavi num. 53. & constat ex text. in d. l. heredades mei, §. finali, ff. ad Trebell. ad quem Molina non advertit, nec refert illum; ubi etiam apposita fuerunt verba liberæ facultatis eligendi, ut constat ibi, Cui voluerit, & tamen inquit textus ordinem scripturæ servandum, atque ex ceteris cognatis, si nepotes superessent, non recte mulierem electuram.

Respondetur etiam & tertio loco, quòd dato casu quòd esset vera, & indubitabilis sententia Mol. temperari deberet ut minimè procederet, cum de voluntate testatoris in contrarium constaret, sive cum testator ipse aliàs expressisset formam, quam voluit in successione Majoratus observari, aut in alia parte testamenti voluntatem suam ostendisset: tunc enim forma ab eo tradita observanda erit omnino, nec interest, quòd libera electio relicta fuerit, nec ne: at in casu præsentis certum est, quòd testator quamvis in una clausula relinquere facultatem eligendi quem pater voluerit; tamen in illa aperte ostendit voluntatem suam, & expressè dixit, quomodo esset succedendum si pater non eligeret, statuitque quòd succederet filius major masculus legitimus, & in defectum ejus filia major legitima, ut dicebam supra; & sic per hanc clausulam declaravit, & reformavit generalitatem alterius clausulæ, qua patri electione concesserat, ut in tantum valeat, in quantum ex hac clausula, in qua testator disposuit, colligi possit, argumento text. singularis in l. Gallus, §. quidam recte, ff. de liberis & posthumis, ibi: Ut eo casu valeat qui ex verbis concipi possit, l. alumna, §. qui filius, ff. de adimendis legatis, in versic. non à tota voluntate, qui sequentia declarant, & moderantur præcedentia, l. quedam, ff. de rebus dubiis, l. qui non militabat ff. de heredibus instituendis, l. utrum, ff. de peritione hereditatis: aliàs sequeretur maximum absurdum, nempe, quòd per primam clausulam pater possit ordinare successione Majoratus, aut successores eligere alio modo, quàm ipse testator expressè disposuit in alia parte alterius clausulæ ejusdem testamenti; quòd esset seipsum contradicere, & eligere quoddam genus disponendi ad impugnandum iudicium suum, quòd credendum non est, per text. singularem in l. 3. ff. de militari testamento, & ea, quæ in proposito tradunt Alciatus regula 3. præsumptione 35. Mantica de conjecturis ultimar. voluntat. lib. 12. titulo 17. num. 13. Mascardus de probationibus, tomo 2. conclusione 549. num. 11. & 12. Petrus Magdalenus de num. testium in testamentis requisito, prima parte, cap. 16. n. 84. & 85. & 3. parte, c. 3. n. 34. quia testator non videtur aliquid contra seipsum consensisse, l. inquisitio, ff. de solutionibus & notanter scripsit Bald. in l. 1. per illum textum, ff. si quis omnia causa testamenti.

Præterea & quarto loco respondetur, posito etiã, quòd Ludovici Molinae sententia sustineri posset (quòd mihi durum videtur) quòd intelligi deberet in terminis, in quibus ipse questionem proposuit, nempe quando eligendi facultas non fuit data alternativè, sed copulative inter

inter filios & filias, ut ipse loquitur, & sic conjungendo personas verbis, quæ propter unitatem sermonis, quasi in unum corpus redactæ sunt, ut dicit text. in l. unica, §. hæc ita tam variè, C. de caducis tollendis, & verbum entre, latinè inter, distribuit æqualiter facultatem eligendi eodem tempore inter filios & filias, l. cum pater, §. hereditatem, ibi: Viriles inter eos fieri, ff. de legat. 2. & in §. cum inter, ejusdem legis, l. inter eos, ff. de re judicata: & consequenter resultat effectus qui à præfatorum Authore consideratur; in quem expendi potest text. in l. cum quidam, ff. de legatis secundo, quem adducit ipse Molina, ubi fideicommissum relictum fuit per illa verba: Rogo restituas libertis meis quibus velis, & sic unum corpus personarum factum est; & Jureconsultus respondet heredem posse indignum præferre: at in terminis nostris diversum est, quoniam electio non libere, sed alternative data fuit, En uno de sus hijos, o hijos, &c. Quòd in effectu fuit corpora duo personarum facere, quia alternativa ò latinè vel, distinguit verba, & sensum, sic ut factus sit primo unus gradus filiorum, & in defectum ejus augmentatus, vel subsidiariè alius gradus filiarum, cap. 1. de eo qui sibi, vel heredibus suis. Ubi, quia concessio fuit alternativa, hijos, o hijas: dum filii extiterunt, succedere non poterunt nec admitti femine, ut constat ibi: Qui sibi, vel heredibus suis masculis, vel his deficientibus, feminis, & quamvis ille text. loquatur in feudis, nihil interest, quia alterata res erat per pactum concedentis, qui feminas admittit: & sic vis illius text. consistit in forma pacti per alternativam vel, quæ tantum operatur, ut faciat quòd omnes filii videantur positi ex una parte, & latere, & femine ex alia parte, ut optime declarat Ruin. in consil. 9. lib. 1. Cephal. in consil. 30. n. 44. & 47. lib. 1.

Denique & quinto loco respondetur, text. in d. §. si de falcidia, l. unum ex familia, ff. de legat. 2. nihil urge contra resolutionem prædictam, aut partem, quam defendo; quoniam loquitur Jureconsultus ibi, in legato relicto familiæ, & cum verbum familia sit collectivum personarum existentium in diversis gradibus, l. ultima, ff. de verborum significatione, & observant communiter Doctores in l. Galus, §. quidam recte, ff. de liberis & posthumis, ubi Galiaula n. 24. Rubens num. 49. & cum Socino, Cephalo, & aliis Petrus Antonius de Petra de fideicommissis, questione 5. n. 175. & dixi supra, hoc eodem lib. cap. 22. n. 26. & 27. electio etiam est generalis, l. legato generaliter, ff. de legatis 1. & sufficit quòd hæres eligat quemcumque ex familia, in eodem vel dispari gradu existentem, & in familia reliquisse, ut eo ipso ceteri conditione deficientur, ex eodem text. Cæterum, in dispositione alternativa, de qua agimus, aliter observatur, ut supra dixi, quia unaquæque pars alternativæ facit suum gradum, ut probat text. in d. l. heredades mei, §. finali, ff. ad Trebell. ibi: Propter gradus præscriptos, & sic quando gradus sunt diversi, non est electio adeò libera, sed potius restricta, ut electio fieri debeat de personis uniuscujusque gradus; ita ut de uno gradu ad alium transitus fieri non possit, ut expressè dicit text. ille, & communiter Scribentes in dictis juribus sic resolvunt, ac inter alios eleganter Ripa in d. l. heredades mei, §. finali, ff. ad Trebell. n. 7. imò & Molina ipse alio in loco, & in alio proposito hoc agnovisse videtur; inquit enim lib. 2. c. 11. n. 37. quòd text. in d. §. si de falcidia, cum similibus procedit, quando electio inter omnes ex familia genericè, atque inordinate concessa fuit; secus tamen esse, quando per dinumerationem certorum graduum, vel personarum, certo ordine servato; tunc enim ordo scripturæ, ac dinumerationis graduum servandus erit, per text. in dict. l. heredades mei, §. finali, & in dict. l. cum pater, §. à te peto, quæ jura adduxerat supra in eodem cap. 11. n. 36. Et quamvis statim num. 38. quoad Hispanorū primogenia de hoc dubitet in questione agitata ibi: tamen in questione nostra dubitandum non esse, & diversos terminos concurrere, diversamque rationem militare, tam ex dictis ibi Joan. del Castillo Quotid. Controv. Juris, Tom. II.

dem, quam ex resolutis antea, constat aperte: verum enim vero, ut in his amplius non insitum, quæ, ut vides, concludenter urgent, nec cavillari possunt, quando prædicta omnia cessarent, adhuc dicendum esset, dictam filiam in testamento patris sui ad Majoratum eligi non potuisse: idque manifesta & vera ratione, quæ militat, etiam si concedamus, quòd eidem patri à dicto testatore libera, & absoluta eligendi facultas fuerit concessa; nam ex quo semel elegit dictum D. Petrum de Alarcon filium ejus masculum, & sic unum ex filiis, finitum fuit jus eligendi, ut amplius variare non possit, ut in illa questione, an elector semel facta variare possit, post longam disputationem concludit Molina de Hispanorū primogeniis, lib. 2. cap. 4. n. 37. ubi affirmat, quòd elector, cui electio competit ex ultima voluntate, ut in casu præfenti, si extra ultimam voluntatem, hoc est in quacunque dispositione inter vivos elegerit, amplius variare non potest. Quòd tenent etiam Alvaradus de conjecturata mente defuncti, lib. 2. c. 2. n. 28. fol. 36. Mieres de majoratu, 1. parte, quest. 48. n. 45. ubi dicit, quòd non licet poenitere patri, postquam virtute commissionis in testamento sibi relicte, filium elegit ad Majoratum, aut meliorationem, nec amplius variare potest. Caldas Pereira de nominatione emphyteut. questione 10. n. 83. fol. 115. unde si consliterit, quòd dictus Petrus Ruiz de Alarcon nominaverat jam, inter vivos, sive electionem fecerat in persona dicti filii, remanebit probatum, quòd non potuit postea in testamento mutata voluntate dictam D. Catharinam nominare, aut eligere; & consequenter verificari poterit doctrina Bald. in l. 1. C. de edicto Divi Adriani tollendo, quem refert, & sequitur Petrus de Peralta in l. cum ita, §. in fideicommissis, ff. de legat. 2. n. 5. fol. 352. quòd ubi ex pluribus electis, non potest possidere nisi unus solus, primo nominatus præferatur alteri: sed in casu præfenti, ex natura Majoratus non potest succedere, nec possidere bona, nisi unus duntaxat, ut plene probat Molina de Hispan. Primogen. lib. 1. c. 11. per totum, ergo dictus D. Petrus de Alarcon primo nominatus præferri debet: quòd autem primo nominatus fuerit, & inter vivos electus, probatur ex verbis quibusdam appositis in matrimoniali capitulatione, quæ inita fuit inter dictum Petrum Ruiz de Alarcon, & D. Ferdinandum de Figueroa, dictæ D. Catharinæ Carrillo maritum, ubi dicitur: Que si por caso, lo que Dios no quiera, muriere, y pasare desta pres. vida Don Pedro hijo de nos los dic. Pedro Ruiz de Alarc. y doña Tfab. de Salin. mi muger si hijos, por manera que la dicha Donna Catal. Carrillo nuestra hija, aya de suceder y suceda en el mayorazgo, en q; est à mi. el dic. Don Pedro por mi el dicho Pedro Ruiz de Alarcon, y Bernardino de Mata mi hijo, &c. Ecce verba expressa, & aperta, in quibus pater prædictus fatetur, quòd dictus D. Petrus de Alarcon jam ab eo est institutus in dicto Majoratu, & quamvis verba prædicta enuntiativa sunt (enuntiant enim jam esse D. Petrum institutum) nihilominus probant nominationem, electionem, seu institutionem antea factam, ut in terminis multos referens, testatur Caldas Pereir. de nominatione emphyteut. questione. 1. n. 46. Marc. Anton. Peregr. de fideicommiss. articulo. 51. n. 60. Abbas etiam in consil. 11. colum. 1. versic. nec obstat. l. 1. Angelus in consil. 384. n. 3. Jason in consil. 155. n. 2. lib. 2. Ruinus in consil. 116. n. 1. lib. 2. Parisius in consil. 31. n. 30. lib. 2. Purpuratus in consil. 605. n. 2. volumine 2. Rolandus in consil. 23. n. 15. lib. 4. Tiberius Decianus in consil. 41. n. 122. lib. 1. & per verba enuntiativa sic prolata, remanere probatam intentionem ejus, in cuius favorem proferuntur, donec contrarium manifestè probatur ab alio, post Alex. Curt. seniore, Roland. & Menoch. observavit Fabius Turretus in consil. 71. num. 15. lib. 1. & quando verba enuntiativa sunt ejus, quòd tempore enuntiationis, aut assertionis esse potest, ut in casu præfenti, quòd plenè probent, post apostil. ad Alexand. in consil. 21. num. 4. litera, B. lib. 1. adnotavit Mascardus de probationibus, X



70 *tom. 2. conclusio 621. n. 4.* Marcus Antonius Eugenius in *conf. 58. num. 49. lib. 1. ubi num. 45.* dicit unum singulare ad propositum nostrum, quod verba enuntiativa omnino probant, quando enuntiativo pendet ex declaratione animi enuntiantis, ut est in casu prædicto: ubi electio, aut nominatio ad successorem dicti Majoratus, pendet ex declaratione animi dicti patris, cui eligendi facultas fuit relicta; imò in fortioribus terminis, quod quando verba enuntiativa scienter profertur super eo, super quo patres sibi possunt præjudicare, sic probent, ut non admittatur probatio in contrarium, cum Cino, & Alexandro, tenet Paulus Parisius in *repetitione ad text. in l. ex hac scriptura, ff. de donationibus, n. 51. in fine, fol. mibi. 71.* Mascardus etiam *tom. 2. de probationibus, dicta concl. 621. n. 52.* sed in nostro casu, verba illa, *En el mayorazgo, en que esta instituido por mi el dicho don Pedro,* profertur à patre ipso, qui etiam si haberet liberam, & absolutam eligendi facultatem inter filios & filias, potuit sibi electione illa præjudicare, ex Molina, Alvarado, & Mieres *ubi supra*: ergo adeo efficaciter probant, ut ex sententia prædictorum Authorum; nulla admitti debeat in contrarium probatio.

71 Et in fortioribus terminis, quod verba prædicta, non solum probationem, sed etiam dispositionem inducant; & sic disponant, sive nominationem aut electionem operentur, ut amplius non licuerit patri prædicto variare, apertius constare poterit, si antea constituamus nonnulla, quæ pro clariori intelligentia omnino necessaria sunt.

72 Et in primis, trifariam posse aliquid pronuntiar, & effici: Aliquando enim aliquid prædicatur, & dicitur dispositivè, aliquando assertivè, aliquando vero enuntiativè: distinctio hæc est communiter à Doctores recepta in *cap. si Papa, de privilegiis in sexto*, ubi Joan. Andreas, Ancharanus, Archidiaconus, & Francus, docet Oldrad. in *conf. 258. tit. de privilegiis*, Calderinus in *conf. 2. tit. eodem*. Albericus in *authent. si quis in aliquo documento, n. 8. C. de edendo*. Craveta de *antiquitate temporum, 1. part. §. ampliatum, n. 28.* & de omnibus tribus formis, & modis loquendi apparet in *d. cap. si Papa, de privilegiis, lib. 6.* de enuntiativa, sive narrativa forma pronuntians & loquendi, loquitur principium *d. cap. si Papa, usque ad versic. si autem, de modo, & forma loquendi assertivè à versiculo, si autem, usque ad versiculum, & est idem, de tertia forma loquendi, à versiculo, & est idem, usque ad finem dicti capituli.*

73 Rursus constituendum est, verba narrativa, sive enuntiativa esse illa, quæ non stant per se principaliter, nec in eis insitit, & remanet voluntas, sed transeunt ad aliud; & sic profertur per modum transeuntis, ut constat ex *d. cap. si Papa, in principio*, ubi Archidiaconus, Joann. Andr. Dominic. Francus, & alii, & ibidem Philippus Probus in *addit. ad Monachum Bartolus, in l. ex hac scriptura*, ubi communiter omnes, ff. de *donationibus*, ibidem Parisius, & in *consilio 127. n. ult. lib. 1. Baldus in l. prima, n. 2. C. de falsa causa adjecta legato*, & est de mente Craveta, *ubi supra*, Caldas Pereira de *nominacione emphyteutica, quest. 1. n. 42* ubi etiam adducit aliam descriptionem verborum enuntiatorum traditam à Paulo Castrensi in *conf. 246. n. 2. volum. 1.* quod scilicet verba enuntiativa dicuntur, quæ profertur per tempus præteritum, ut veluti, Donavi, legavi, & alia similia: & aliam Paul. de Montepico in *repet. l. Titia cum testamento, §. Titia post. n. 2. ff. de legat. 2.* quam sequitur Menchaca *controvers. illustr. lib. primo, cap. 30. n. 8.* quæ omnes in idem reinvadunt, & ad idem tendunt; Præcis etiam de *interpretatione ultimarum voluntatum, lib. 2. interpretat. 3. solut. 3. num. 18. fol. 256.* Verba autem dispositiva, illa sunt, quæ stant per se, & principaliter enuntiant id, de quo agitur, per orationem perfectam, ita probat text. in *d. cap. si Papa, in vers. & est idem, & infra*, & docent omnes *supra* allegati, & alii referendi *infra*, præcipue Pereira, quia alias declarationes Pauli, Alex. Pauli de Montepico, & aliorum adducit, quæ omnes ad idem tendunt. Denique verba assertiva

dicuntur illa, quæ licet sola per se non subsistunt, tamen super eis intentio, & mens proferentis fundatur, & pronuntiat in negotio, de quo principaliter agitur: ita probat text. in *d. c. si Papa, de priv. 6. in v. si autem Ecclesie*, in illis verbis: *Cum de ipsius exemptionis negotio ageretur, asserat ipsam Ecclesiam fore exemptam, &c.* & docent Authores *supra* citati, & alii plures referendi *infra*, ex quibus apparet, inter verba enuntiativa, hoc constitui discrimen, quod licet in utrisque aliquid de præterito narretur, & enuncietur; tamen in assertivis profertur cum iudicio, & deliberatione, cum ponatur pro fundamento rei, & negotii, de quo agitur, quod in enuntiativis non est, ut exemplo ostendit Craveta *ubi supra, n. 31.*

Præterea, si constituamus, quod regulariter verba enuntiativa propter aliud emissa, dispositionem non inducunt, ut per textum in *l. ex hac scriptura, ff. de donat. adnotarunt Doctores communiter ibi*: & cum multis Pereira de *nominat. emphyteutica, d. quest. 1. n. 33. & 41.* Mascardus de *probat. tom. 2. conclus. 621.* & latissime explicantur Doctores in eadem lege, ex *hac scriptura*, ubi Petrus Paulus Parisius eleganter repetit istam materiam, Alexand. Jason, & alii in *l. ex his, C. de militari testamento*. Hostenis, Abbas, Antonius & omnes Doctores in *cap. illud, de presump. Craveta de antiquitate temporum prima part. principali, in illa particula, Propositum nostrum, quæ est fol. 19. a. n. 18.* usque ad *n. 65.* & particula statim sequ. incipit, *Ampliatum nunc, fol. 30. per tot.* Mascardus *ubi supra*. Caldas Pereira. *dict. quest. 1. ex n. 33. & n. 4. segg. usque in finem quest.* ubi latissime Gratianus regula 165. per tot. & regula 483. per tot. Cephalus in *conf. 191. n. 34. lib. 2. & in conf. 37. n. 32. lib. 1. & in conf. 443. n. 7. & 8. lib. 4.* Mautica de *conjecturis ult. volunt. lib. 3. tit. 2. per tot.* Menoch. in *conf. 147. ex n. 2. & n. 19. & segg. lib. 2.* Antonius Gratianus *Malv. lib. 1. in conf. 91. n. 34. & n. 41.* usque ad *num. 47.* Marcus Antonius Eugenius in *conf. 21. n. 25. & in conf. 41. n. 122. lib. 1. & in conf. 44. n. 53. lib. 3.* Hypopolit Riminald. in *conf. 41. ex n. 8.* usque ad *n. 15. lib. 1. & in conf. 693. ex n. 2. & n. 15. & n. 55. & 56. lib. 6.* Joannes Vincentius Hondedeus in *conf. 31. n. 8. & n. 28. 29. & 31. lib. 2.* Sfortia Oddi in *conf. 64. n. 2. & segg. & n. 57.* usque ad *n. 66. & n. 75. 76. & 77. lib. 1.* Fabius Turretus in *conf. 71. à principio.* Joannes Franciscus de Ponte in *conf. 95. ex n. 12.* usque ad *n. 19.* Joannes Gutierrez. *practicar. lib. 3. quest. 17. ex n. 63.* usque ad *n. 74.* qui omnes multa concesserunt, quæ non mediocriter intentionem nostram, aut præfatam assumptum juvant; omnis tamen alii, limitationes nonnullas recensent ad præfatam doctrinam, ex *d. l. ex hac scriptura*, & aliis iuris deducunt, ex quibus non leve fundamentum deduci poterit.

74 Primo igitur limitatur doctrina prædicta, quod verba enuntiativa dispositionem non inducant, quoties talia verba profertur per tempus præteritum, aut id, quod enuntiat, est præteriti temporis, tunc enim dispositionem inducunt: ita communiter DD. in *d. l. ex hac scriptura*, Corneus in *conf. 169. n. 3. lib. 3.* Castrensis in *conf. 177. n. 7. lib. 2.* Decius in *conf. 159. n. 10.* Sfortia Oddi in *conf. 64. n. 76. volum. 1.* & sic nostro casu inducere debent dispositionem, & nominationem verba illa: *En el mayorazgo, en que esta instituido el dicho Pedro Ruiz de Alarcon*, cum sint præteriti temporis, & ita in terminis adnotavit Caldas Pereira de *nominat. emphyteut. d. quest. 1. n. 43. & 44.* ubi quærit, an per verba enuntiativa propter aliud emissa, inducatur nominatio ad emphyteusim; & responder quod sic, atque in hunc modum scribit: *Unde ego aliquando utiliter in praxi respondebam, nominatum dici ad emphyteusim filium, cujus pater in testamento ita cavet: quod attinet ad talem emphyteusim, jam nominavi filium meum Antonium.* & iterum in fine, *ibi. Quo argumento idem dicendum est in donatione, ut dicatur de novo facta ab eo, qui enuntiativè testatur, se jam donasse, aut ad emphyteusim nominasse.* Ac denique

ibidem

78 *ibid. n. 60.* id ipsum tenuit etiam, & alios retulit Sfortia Oddi *dicto conf. 64. n. 77.* ubi dicit, quod præfata resolutio indubitanter procedit, quando ipsemet qui refert, & enunciat aliquam suam voluntatem de præterito, talis est, quod posset adhuc ex integro illam facere, & sic disponere, ut in casu præfati, in quo certum est, quod dictus Petrus Ruiz de Alarcon, tempore factæ dictæ capitulationis matrimonialis posset nominare ad dictum Majoratum dictum filium ejus. In eadem etiam sententia, scilicet quod verba enuntiativa dispositionem inducant, quando profertur super his, quæ dependent à voluntate partium, & super quibus possunt libere disponere & sunt de præterito, fuerunt Bartolus in *leg. si focer, §. Lucius, ff. soluto matrimonio, & in dict. l. ex hac scriptura, column. 3. vers. venio ad 2.* Decius in *authent. si quis in aliquo documento, column. 3. limitat. 6. n. 36. C. de edendo. Curtius senior in conf. 40. num. 20.* Curtius junior in *conf. 161. n. 11. in principio.* Parisius in *conf. 26. n. 27. vol. 2.* Ruinus in *conf. 27. n. 3. lib. 1.* Joannes Franciscus de Ponte in *conf. 95. n. 17.* & nullo ex his relato, Caldas Pereira *dicta quest. 1. n. 82.*

79 Secundo limitatur eadem doctrina, ut non procedat, quoties id quod enuntiat, necessarium est ad id, de quo agitur, prout est in dicta capitulatione matrimoniali; tunc enim verba enuntiativa dispositionem inducunt, ut latius probat Paulus Parisius in *conf. 77. ex n. 30. lib. 1.* & sequitur Caldas Pereira *dicta quest. 1. n. 81.*

80 Tertio limitatur, ut non procedat, quoties verba enuntiativa per modum causæ profertur; tunc enim dispositionem inducunt, sicut in dispositiva essent, Decius in *consilio 218. numero decimo quinto.* Parisius in *consilio 31. numero 30. libro secundo & in consilio 77. num. 36. lib. 3.* Ruinus in *consilio 95. num. 6. lib. 5.* Joannes Cephalus in *conf. 191. n. 34. lib. 2.* & agnoscit verum Petrus de Peralta in *l. Tit. cum testamento, ff. de legat. 2. n. 2. fol. 397.* ponens exemplum, cum gravatur aliquis interpositis verbis enuntiativis, quæ enuntiant eum nominatum, aut honoratum, Caldas Pereira de *nominat. emphyteut. dicta quest. 1. n. 70. 71. & 72.* ubi dicit, quod habens nominare ad emphyteusim aliquem, si per verba enuntiativa nominationis gravatur eum, eo ipso inducitur dispositio, & omnia fundamenta per eum adducta, eò principaliter tendunt, quod nullo modo esse possit, quod aliquis gravetur, nisi sit nominatus, & sic eo ipso quod gravatur, censetur nominatus, maxime si de nominatione enuntiatio fiat: sic ergo in casu præfati, eo ipso, quod dicitur, & enuntiat, successuram esse in dicto majoratu dictam D. Catharinam, si sortassis dictus D. Petrus Ruiz de Alarcon sine liberis decesserit, sequitur necessario dicendum, quod ipse jam erat ad dictum Majoratum nominatus, & electus, nam si nominatus non esset, quid interisset, quod cum liberis decederet, aut sine illis: ut quid etiam mors ejus expectaretur, qui nominatus non erat: Ne igitur frustratoria, aut ridiculosa sint prædicta verba, in quibus declaratur successuram dictam D. Catharinam in Majoratu, si dictus D. Petrus Ruiz de Alarcon sine liberis decesserit, necessario dicendum est, quod ipse jam fuerat à patre suo institutus, & nominatus, ut idemmet pater in dictis verbis capitulationis matrimonialis agnovit expressim.

81 Et confirmatur, quia prædictis verbis rectè ponderatis, quibus declaratur, & enuntiat, successuram dictam D. Catharinam, si prædictus D. Petrus Ruiz de Alarcon frater ejus sine liberis decesserit, clarum est, quod ipse Petrus positus est in conditione, & sic eo ipso censetur positus in dispositione, & nominatus, ex his, quæ multum ad propositum scribit Caldas Pereira de *nominacione emphyteut. quest. 2. n. 5. & 6.* Nec obstat doctrina Glossæ, & post illam communis traditio DD. in *l. Lucius 85. ff. de hereditibus institutis.* quod positus in conditione in dispositione non sit: nam responderi potest, ne responderet Caldas ipse *d. n. 6.* & vide relatos *supra, cap. 12. Joan. del Castillo Quotid. Controv. Juris, Tom. II.*

huius lib. Nec obesse debet superius dictis, si quis dixerit, non esse omnino certam traditionem Molinæ, de qua *supra n. 65.* imò nonnullos alios Authores tenuisse contrarium, nempe quod elector, cui electio competit ex ultima voluntate, si inter vivos elegerit, adhuc variare possit, constat ex his, quæ novissime scripsit cum aliis pluribus, Blasius Flores Diaz in *addit. ad decis. 36. Gamma & var. lib. 3. quest. 22. à princ.* Quia responderetur; concesso etiam pro vero, quod in eo sit dubium (quod tamen aliquando explicabimus) adhuc in casu præfati variationem licitam non esse, propterea quod verba quædam superius relata, in capitulis matrimonialibus prolata, ibi: *En que esta instituido el dicho don Pedro por mi el dicho Pedro Ruiz de Alarcon, y Bernardo de Mata mi hijo, &c.* variandi facultatem impediunt, eo quod sunt declaratoria voluntatis defuncti, & continent declarationem illius, ut scilicet ea fuerit voluntas dispositiva testatoris; & sic in voluntate aliena amplius variare non potest pater prædictus, posito quod in sua posset, ut eleganter tradit Crotus in *conf. 1. n. 31. lib. 1.* & in terminis considerans confessionem hæredis, ad declarandam formam electionis, an sit admittenda foemina, vel masculus, Ruinus in *conf. 28. n. 8. lib. 2.* ubi *num. 9.* ex hoc concludit, quod eligens ex concessione, aut commissio ne testatoris, tenetur sequi in eligendo voluntatem tacitam, vel præsumptam testatoris ipsius. Gozadinus etiam hæredis confessionem, aut declarationem considerans, idem concludit in *conf. 79. num. 9.* Ab illa ergo declaratione recedere non licet, juxta sententiam Glossæ in *l. quicquid adstringenda, ff. de verb. oblig. quam ibi dicitur communem Aretinus, & Jason, & alii Authores superius relati.* Parisius in *conf. 75. num. 55. lib. 2.* Decian. in *conf. 7. n. 115. lib. 1.* maxime, ut dixi, quando constat, quod secundum voluntatem testatoris electio facta fuerit, idque ex verbis, aut declaratione ipsiusmet eligentis notum est.

Tandem & ultimo, in favorem dicti D. Petri fortiter facit, quod cum pater ejus dictus Petrus Ruiz de Alarcon possideret domum, & alias res jure Majoratus, sub prohibitione alienationis, & cum cæteris clausulis consuetis, ad quem Majoratum post mortem dicti patris vocatus erat dictus D. Petrus de Alarcon, pater ipsemet petiit facultatem, & licentiam regiam ad alienandum domum prædictam, atque in locum ejus subrogando aliam domum, quæ est ipsa, quæ ex testamento dicti Bernar. de Mata cum hæreditate de Camarma, & aliis rebus debuit vinculari, & jure Majoratus relinqui uni ex filiis aut filiabus, qui ex dicto Petro Ruiz de Alarcon superessent; & facultate ad alienationem, & subrogationem faciendam, sic concessa, dictus pater subrogavit, & incorporavit, in locum dictæ domus sic venditæ, dictam domum, quæ ex testamento dicti Bernardi de Mata vinculari debuit, & super qua nunc lis agitur, dixitque prædictam subrogationem fieri cum omnibus vinculis, conditionibus, & qualitatibus, cum quibus erat prima domus vendita, cum aliis rebus, quæ ex dicto Majoratu possidebat ipse, & post mortem ejus ad dictum filium pervenire debebant; quæ omnia latius constant ex processu, & actis hujus causæ. Tunc sic, certum est, quod quando res subrogatur cum facultate regia in locum alterius, quæ erat etiam vinculari, cum omnibus qualitatibus, & conditionibus subrogata remanet, cum quibus erat prima, ut latè probant Molina de *Hispanorum primog. lib. 4. c. 4. n. 24. & segg. & n. 36.* Mieres de *Majoratu, part. 1. quest. 11.* unde quemadmodum dictus Petrus Ruiz de Alarcon non posset nominare ad Majoratum dictæ domus venditæ dictam filiam, nec ulla dispositione auferre dicto D. Petro Ruiz de Alarcon, jus quæsitum ex vocatione, & testamento Didaci Paëz de Sotomayor, qui Majoratum illum instituit; sic nec poterit nominare eandem filiam ad domum subrogatam, quæ intrat cum omnibus qualitatibus, & conditionibus alterius, & consequenter, nec ad Majoratum dicti Bernardi de Mata, jam enim res sub-